Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lectus · spiritus consilij et fortitudinis spiritus scien-
tie et pietatis et replebit eum spiritus timoris dni
non secundum visionem oculorum iudicabit · neq; secundum
auditum aurium arguet · sed iudicabit in iusti-
tia pauperes · Et arguet in equitate p mansuetis
terre · Et percutiet terram virga oris sui · et spiritu la-
biorum suorum interficiet impium · Et erit iustitia
cingulum lumborum eius : et fides cinctorium re-
nium eius Gr. O stende nobis dne misericordiam tuam et salu-
tare tuum da nobis ℣. Benedixisti dne terram tuam auersti
captivitatem iacob Secundum Lucam
In illo tpe · Exsurgens maria abiit in montana
cum festinatione in ciuitatem iuda : et intra-
uit in domum zacharie et salutauit elizabech
Et factum est ut audiuit salutationem marie
elizabech · exultauit infans in utero matris
eius Et repleta est spiritu sancto elizabech · et ex-
clamauit voce magna et dixit · Benedicta tu
inter mulieres · et benedictus fructus ventris
tui · Et unde hoc mihi ut veniat mater dni mei
ad me ? Ecce enim ut facta est vox salutatio-
nis tue in auribus meis · exultauit in gaudio
infans in utero meo · Et beata que credidit · quoniam
perficientur ea que dicta sunt ei a domino · Et ait
maria · Magnificat anima mea dnm · et exul-
tauit spiritus meus in deo salutari meo Offer
Deus tu conuertens viui Sec. Muneribus nris quis
domine precibusq; suscepti et celestibus nos
munda mysteriis et clementer exaudi · Per dnm
Ecce dominus veniet et omnes sancti eius cum eo Com